



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

317. feria 3. De Temperantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

ecost.
men-
ibens
christi
cutus
infans
cum
suos
, nisi
tur se
deni-
. Si-
ocuta
& lo-
com-
inde-
oqui.
Extra
e. 4.
1, ab
tine-
& in-
e. 6.
teros
m

D I.

Feria 3. Domin. 21. post Pentecost. 557

MEDITATIO CCCXVII.

Feria 3, Domin. 21, post Pentecost.

De Temperantia.

Aspiciam Dominum JESVM per omnem vitam suam non modò superfluis, sed etiam necessarijs, quantum sine vita damno potuit, abstinentem. Fetam eum imitari.

Conf. 1. Temperantia est Virtus data ad cohibendum appetitum concupisibilem, sensibilia, præcipue delectamenta gustus & tactus ordinans, siue, ut ait S. Augustin lib. 1. de lib. arbit. cap. 13. *Est affectio coercens appetitum ab ijs rebus, quæ turpiter appetuntur.*

Conf. 2. Incitamenta. 1. Temperantia est innocentiae & sanctitatis vestigia: quam primum hoc tributum primi Parentes in Paradi lo denegarūt, in peccatum prolapsi sunt. 2. Cum simus peregrini, & exules, non debemus rebus hujus mundi ad luxum & voluptatem abuti, sed ad necessitatem solum iijuti. 3. Per temperantiam Angelis, per in- temperantiam brutis assimilamur. 4. Dominus JESVS comedens cum peccatoribus cibum tantâ Temperantiâ sumebat, ut eos hoc exemplo Temperantiae lucraretur. In omnibus convivijs res aliquas per insignes bono animorum fecit. Magdalenam admisit ad poenitentiam in convivio, & Zachæum

558 Feria 4. Dom. 21. post Pentecost.
ex filio iræ, nancipio avaritiae, fure publico
admisit ad esse Filij DEI per gratiam, & effe-
cit Regem spiritualem, operatorem justitiae,
in convivio Marthæ manifestavit altitudi-
nem vitæ contemplativæ: in nuptijs primum
exhibuit miraculum, ex quibus nos docuit
finem conviviorum.

Conf. 3. Actiones 1. Omnem honestatem
ac decus amplecti in rebus, quæ ad corporis
voluptates pertinent. 2. Omnem inhonestati-
tēm, & turpitudinem timere, & erubescere.
3. In corporis voluptatibus measuram so-
lam necessitatem habere.

M E D I T A T I O C C C X V I I I ;
Feria 4. Domin. 21. post Pentecost.

De Timore.

A spiciam Dominum meum Judicem, qui
me potest æternum perdere. Potam
configi Timore DEI carnes meas.

Conf. 1. Timorem esse fugam peccati, ne
quis incurrat Creatoris offensam, & penas
eas comitantes, juxta illud: Matth. 10. Ti-
mete eum, qui potest *Animam & Corpus per-*
dere in gehennam; quæ verba explicat Apo-
stolus: *Qui non obediunt Evangelio Domini*
nostri IESV Christi, penas habent in interity
æternas. 2. ad Thessal. cap. 1.

Conf. 2. Incitamenta 1. Opera justitia
DEI